tue. Et rege eos usque
in eternum. Per sin
gulos dies benedicimus
te. Et laudamus no
men tuum in seculum:
et in seculum seculi. Di
gnare domine die isto
: sine peccato nos custodi
re. Miserere nostri domine
miserere nostri. Fiat
misericordia tua do
mine super nos quem
admodum speravimus
in te. In te domine spe
ravi non confundar
in eternum. ℣ Hec dies
quam fecit dominus.
Exultemus et letemur
in ea. Et iste versiculo
dicitur in hoc loco quando
dominica tenetur dominica
preterquam in quadra
gesima et adventu.
Laudes. nota quod psalmi

laudum sequentes dicun
tur omnibus diebus
dominicis per annum preter
quam a lxx. usque ad pascha
dicuntur etiam in omnibus
festis solemnibus tam no
vem quam trium lectionum
per totum annum. Item
a pascha usque ad festum
sancte trinitatis singulis
diebus etiam quando
tenetur feria psalmus

Dominus xcij
regnavit deco
rem indutus est: in
dutus est dominus fortitu
dinem et precinxit se.
Etenim firmavit orbe
terre: qui non commo
vebitur. Parata est
sedes tua deus ex tunc
a seculo tu es. Eleva
verunt flumina domine:
elevaverunt flumina

vocem suam Eleua
uerunt flumina flu
ctus suos: a vocibus
aquarum multarum
Mirabiles elationes
maris: mirabilis in
altis dominus Testimo
nia tua credibilia fa
cta sunt nimis: domum
tuam decet sanctitudo do
mine in longitudine
dierum Gloria Añti

R. Regnauit dominus
pre cinctus forti tu di
ne tum de co ris
vir tute Cuius se
des para ta est in e
ternum Euouae Psalmus xcix.

Iubilate deo omnis
terra: seruite domino
in leticia. Introite in
conspectu eius: in exul
tatione Scitote quoni
am dominus ipse est deus:
ipse fecit nos et non ipsi
nos Populus eius et
oues pascue eius: in
troite portas eius in con
fessione: atria eius in
hymnis confitemini il
li Laudate nomen eius
quoniam suaue est
dominus: in eternum
misericordia eius: et
usque in generationem et
generationem veritas